



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-766377-p0001-4

DFG

17
26
17
**DISSE^RTAT^O IVRIDICA IN AVGVRALIS
DE
MODO FINIENDI AE-
TATIS CVRAM, PER IMPE-
TRATAM VENIAM,**

QVAM
ANNVENTE ILLVSTRI ICTORVM SENATV
IN ALMA AC PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
ERFVRTensi

PRAESIDE
FACVLTATIS IVRIDICAE DECANO,
Dn. RVD. CHRIST. HENNE, ICto

EMINENTISSIMI AC CELSIS^SIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINE
CNSILLARIO REGIMINIS, FACVLTATIS IVRIDICAE ET IUDICII PRO-
VINCIALIS ADSESSORE, CODICIS ET IVRIS FEVDALIS PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

PRO GRADV DOCTORIS IN VTROQVE IVRE
LEGITIME CONSEQUENDO
IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
DIE XXII, APRILIS MDCLXXVII.

PVBLICO ERVDITORVM RXAMINI SVBMITTET
AVCTOR
ERNESTVS AVGUSTVS ZIEGLER,
ERFURTENSIS,
CAVSARVM TUTELARIVM PRAEFECTVS ET ORDINISSENATORI
MEMBRVM

ERFORDIAE, STANNO HENRICI RVDOLPHI NONNII,
ACADEMIAE A TXPIS.

DISTRIBUTIO VATICANICAE INAGARIALIS

MODO FINENDI AD
TAN CARVM PER IME
ERATAM AETERNA

LAURENTIUS TATIANUS SANTINI
ALIAS TATIANUS A TATIANO AMIA IN

...DOMINICUSCHRISTI NOSTRI...PROSPERITU

26 NOVEMBER 1936 40535 673
COLUMBIA RECORDS

11 ADIDITORE HIC IN QD GOTT FEN ANGELI

CATINUS IN HABE MULIERE DIREXIT

ERIKETAV A CASTAS ELEGIT.

ЧИОТА ИМЕНИЕ СЛОВО СЛОВАЧ МУЛАДЕЧ ЧЕХАВСКИЙ

RECORDED IN THE RECORDS OF THE STATE OF NEW YORK.



equi etiam citius duxit ille pimixus sicut et de. V. 2

CONSPECTVS

DISSERTATIONIS.

Prooemium Instituti rationem exponit.

§. I. Differentiam inter tutelam & curatelam adhuc hodie superesse, demonstrat.

A 2

§. II.

- §. II. Curatela voluntariam & necessariam esse, tradit.
- §. III. A voluntaria, quemlibet pro arbitrio se liberare posse, probat.
- §. IV. Aliter se rem habere, in necessaria, indagat.
- §. V. Ab hac regula eximit, si quis veniam aetatis imper. trauerit.
- §. VI. Definitionem veniae aetatis continet.
- §. VII. Iure naturali hanc veniam incognitam esse, animaduertit.
- §. VIII. In statu civili minorum curam fundatam esse, docet.
- §. IX. Tempus, quo usque durare debeat haec cura, iure civili esse determinatum, monet.
- §. X. Ex iusta causa dispensationem huius temporis locum habere, annotat.

II. 2

2 A

§. XI.

§. XI. Veniam & dispensationem petentem, iustam causam
docere, debere, concludit.

§. XII. Non accurate hic censum annorum haberi solere,
patefacit.

§. XIII. Rationes ad veniam concedendam mouentes, in
medium profert.

§. XIV. Hanc veniae concessionem reseruatis Imperatoris
annumerat.

§. XV. Hanc veniam, preces veritate niti, supponere, al-
legat.

§. XVI. De effectu impetratae veniae agit.

§. XVII. Excipit a tradita regula alienationem immobi-
lium.

§. XVIII. Effectum veniae a Principe Imperii impetratae,
se extra territorii terminos non extendere, exponit.

PRO

§. XIX.

§. XIX. Omnes circumstantias in concedenda venia, probe
esse ponderandas, monet.

§. XX. Quid iuris sit, si quem impetratae veniae poeni-
teat, addit.

§. XXI. Tractationi colophonem imponit.



PROOE-



PROOEMIVM.

Nulla profecto doctrina in vniuerso nostro iure tam accurate copioseque disposita est, nullaque Magistratibus magis inculcata, quam ea, quae sancta est de tutele & curatela. Ea enim est, quae Civies & vniuersas Respublicas conseruat florentes. Est, quae succurrat indefensis, quae tuerit parentibus desolatos,

B. quae.



quae tandem curat, ut emicet tota civitas ciuibus opulentis atque honestis. In ea colenda sita est honestas omnis, & in negligenda turpitudo. Quid ergo utilius? Quid grauius? Nonne praefata coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti, tristem sentiant exitum, qui eos post dispersum exspectat patrimonium? Cum itaque statuerim, de quodam arguento loco speciminis inauguralis meditaciones quasdam proponere, non inutile fore credo, si de specie quadam, qua cura finitur nimirum de venia aetatis breuiter qnaedam exponam.

§. I.

Pertinet autem illa venia ad modos, quibus cura nullo modo tutela finitur. Quamuis enim multi Doctores differentiam tutelae & curae sublatam esse non contendant solum, sed in sermone Germanico etiam nulla vox propria adsit, quae tutelam & curatelm exacte distinguere possit, sed promiscuo modo appellantur: *Normunder*; id tamen vniuersaliter approbandum esse equidem non credo. A sublata enim differentia nominali ad sublatam realem argumentum duci nequit. Ne de Romanorum solennitatibus & consuetis subtilitatibus dicam, consistam modo in nostris moribus. Concedimus quidem interdum curatorem simul quoque dari personae (*), ast semper datur hodie principaliter rei,

vti

vti quoque Icti lenenses responderunt (**). Et denique sicuti pubertas a maiorenitate ita quoque tutela differt a cura.

(*) HELLFELD Pandect. de curator. Tit. X. §. 1391. Vnde mixta oritur cura.

(**) SCHILTER. Ex. 37. ad ff. th. 81.

§. II.

Curatela prout vel invitit, vel volentibus datur curator, duplcem, nimirum voluntariam & necessariam esse, & praeter mortem variis modis finiri, satis superque in promptu est, nec indiget quidem vteriori explicatione. Ut tamen omnia, quae infra occurunt, quodam ordine proferantur, opus est, vt haecce principia, ad magis perlungrandam nostram materiam, breuiter repetamus.

§. III.

A voluntaria illa cura quilibet pro suo arbitrio se liberare potest. Sic v. gr. absentes impediti durante absencia, cum rebus suis praesesse nequeant, curatores ad negotia administranda constituere solent. (*) Si vero redeunt, pro lubitu curatorem constitutum dimittere possunt. Sic quoque res se habet certo respectu cum cura sexus, cui mulieres maiorennes in Saxonia aliquaque locis, vbi ius Saxonum seruatur, subesse solent. (**) Quos curatores pro



Iubitu faeminae istae eligere & dimittere possunt. Est enim illa cura muliebris, praeter maritalem, mere voluntaria, & in eo tantummodo consistit officio, ut curatores faemina instruant consilio in iis negotiis, quae facile liaisonem quandam inferre possunt (**), & his suo consentiu efficaciam conciliant, bona autem nullo modo admistrant.

(*) §. 4. de Curatoribus.

(**) Ius Sax. Prov. Lib. I. art. 43. sqq.

(***) LEYSER Spec. 301. m. 1.

S. IV.

Secus vero res fe habet cum cura necessaria. Haec non dependet ab arbitrio, sed constituitur ex dispositione L. L. XII. tabul. sub qua erant praeter minores, furiosi, mente capti & qui his aequiparantur. (*) Et cum adolescentibus etiam iniitis cura nostris moribus imponatur; non dubium est, quin illorum cura ad necessariam pertineat curam. Omnis vero necessaria cura tunc demum cessat, si eius causa definit. Cura vero adolescentum constituta est ob lubricum eorum iudicium, ita ut Minores iure communi usque ad annum viceustum quintum perfecte completem sub cura esse debeant. (**)

(*) § 3. & 4. I. h. t.

(**) L. 1. ff. de Minoribus,

S. V.

■ ■ ■ ■ ■

§. V.

Haec omnia vero aliter tunc se habent, si quis ante consecutam maiorenitatem veniam aetatis impetraverit a summa potestate ant ab eo, cui id concessit summa potestas. (*) Quaeque venia est, de qua in nostra dissertatione agere statuimus. Abstineamus igitur de aliis modis, quibus finitur cura sed veniam potius, si placet, definiamus


(*) L. 1. 2. & 3. C. de his, qui Ven. aetat. impetrar.

§. VI.

Venia aetatis est specialis dispensatio a cura, ex iustis causis ei concessa, qui iure sub eadem adhuc esse debebat. Ex qua definitione luculenter appetat: Veniam nostram non pertinere ad illos modos quibus voluntaria, sed necessaria potius finitur cura. Ad liberationem enim voluntariae curae nulla dispensatio seu consensus alterius requiritur (§. 3.), sed solummodo dependet ab arbitrio illius, qui illam petit & impetravit.

§. VII.

Iure Naturali quidem quilibet, qui sibi met ipse praesse potest, aliorum auxilio non indiget, neque annorum computationis, aut veniae aetatis hic ratio habetur, sed aequitati conuenit, ut dominus dominii sui iura ipse quoque pro arbitrio exercere queat. Quare etiam Romani



iam statuerunt: turpe esse, libero homini permittere nolle, liberam rerum suarum administrationem. (*) Indeque Romani adolescentes inviti, curatores non acceperunt, praeterquam in litem. (**)

(*) L. 2. ff. Si quis a Parent, manum.

(**) L. 21. C. Mandat.

S. VIII.

Quando autem dimisso statu naturali ad introductum Imperium, cui sumus subiecti, accedimus; asseuerandum omnino est: & ob Minorum & ob Republice salutem, in administrandis bonis ciuibus normam quandam praescriptam fuisse. Sancierunt itaque leges, sine respectu ad illa Romanorum principia, (§. 7.) vt Minores, nostris moribus, etiam inuitivsque ad annum vicesimum quintum perfecte completum cura regantur. (*)

(*) L. 1. ff. de Minoribus.

S. IX.

Ob lubricum iudicium Minores, quia malorum capti-
nibus expositi, cura vsque ad annale praescriptum illud
tempus

D E S C R I P T I O N

tempus subesse coguntur. (§. anteced.) Quod vero tempus a iure ciuili proficiscitur, natura enim ad certos annos se constringi non patitur, quia saepius ante annos se exserit, quandoque etiam vires suas suspendit, cum non omnibus eadem aetate contingat sapere. (*) Quae annaria computatio, cum teste experientia saepe quam maxime incerta sit, statuta nostra quoque a iure ciuili recedere & haec iterum in Maiorennitatis termino inter se variare solent. (**) Sic iure Saxonico terminus XXI. annorum receptus, quo completo plena Maiorenitate aliquis gaudet.

(*) Nov. Leon. 28.

(**) STRYCK. V. M. h. t.

S. X.

Interdum autem cum saepe melius sit, res eorumque administrationem domini, quam extranci arbitrio, expositas relinquere, plane ab illis constitutis terminis deflecti solent. Apud nos enim, cum omnes leges certum temporis spatium ad negotii subsistentiam requirentes subsint arbitrio Principis, ita etiam ex iusta causa circa hasce leges annarias dispensari, & Minorem pro Maiori declarari posse nullum restat dubium.

§. XI.



§. XI.

Veniam igitur precans ante omnia in suo libello iusta-
stam a cura dispensationis causam ita docere debet:

A. Testimonia de morum probitate pro se allegare de-
bet. Quamuis enim curator rei principaliter consti-
tuatur, secundario tamen datur etiam ad educationem.
Durante enim curatela bona administrat curator, &
per hancce aminationem Minor impeditur, quo-
minus bona sua dilapidare queat.

B. Demonstret, animi solertiam, ut sibimet ipse praeesse
malorumque infidiliis prudenter resistere sciat.

C. Annorum computationem seu numerum ineat, ita vt
masculi veniam petentes 20 & faeminae sint 18 an-
norum. Praesumitur enim eos, cum sint Maioren-
nitati proximi, sibi quoque prudenter consulere
posse.

§. XII.

Ad illum vero terminum annorum Iure Civili praescriptum annum puta 18 aut 20 nostris moribus non
amplius accurate respicitur, adeoque nec scrupulosa aeta-
tis probatio exigi solet. Sed pari ratione hi anni in eins
arbitrio sunt, (§. 10.) cuius est leges ferre, vnde & infra
hos

12
Ihos annos determinatos veniam aetatis concedi posse recte
defendunt Doctores. (*) Hic enim major ratio habenda
prudentiae & honestatis morum, quam annorum & iam
sufficit, si constat, aliquem aptum satis esse, ad res suas
prudenter administrandas. (**)

(*) MYLER ab EHRENBACH d. Tr. Cap. 4. §. 8. & 9.

(**) GROENWEG de LL. Abrogat. ad L. L. 2. de his, qui Ven.
aetar. n. 3. & 4.

§. XIII.

Omnis itaque Minores, qui patrimonia sua gubernare & veniam aetatis impetrare cupiunt, haec requisita adducunt testimonias in libello pro se allegare debent. Et his probatis conceditur illis interdum venia nostra. Teneat enim experientia dominus semper magis vigilat rebus suis & curat, ut bona sua non conserventur solum, sed in dies etiam, quantum fieri potest, augentur, quam administratores facere solent. Accidit etiam, quod Minoribus saepe processibus implicatis, curator specialis adhuc in item constitutatur, quia curatores, rebus modo dati, iurium plerumque imperiti sunt & res processuales prosequi nequeunt; Eiusmodi autem Minor cum sit forsitan in iure versatus ipse processum suum prosequi cupit, verum cum in iudicio sine curatore stare nequeat, veniam impetrare se coactum videt. Cur in hoc & in simili casu veniam

C

dene-

* * *

denegari possit, si reliqua adsumt requisita, equidem non video.

S. XIV.

Venia dispensando conceditur. Quae dispensatio proprie reservatis imperialibus annumeratur. (*) adeoque secundum leges a summa Potestate aut ab eo, cui id concessit summa Potestas v. gr. Comitibus Palatinis, impetrari debet. (**) Verum hodie in Imperio Rom. Germ. Principes etiam Imp. vi Superioritatis territorialis gaudent potestate veniam illam concedendi, eo cum effectu, ut dispensati intra territoriorum fines pro Maioribus agnoscantur. (***) In permultis locis Magistratus quoque veniam indulgere solent. Cum vero iudicis sit, LL. verbis hoc modo inhaerere, eaque exactissime obseruare nullo modo autem ab is se eximere; satis etiam superque constat, Magistratus hancce veniam aetatis concedendi potestatem non ex jurisdictione ordinaria competere, sed potius ex speciali delegatione. (****)

(*) Ioh. Heinr. Stamlir de Reserv. Imp.

(**) L. I. C. de his, qui Ven. aerat, impetrar.

(***) MYLER in Etiologia. C. 2. §. I.

(****) ZIEGLER l. allegar. C. XI. §. 2. LAVTERBACH. coll.

pand. L. IV. tit. 4. §. 6. 7. 20

S. XV.

§. XV.

Pertinet igitur venia aetatis ad species Const. Princip. quae semper praesupponunt, factum in libello propositum nisi veritate. Si vero factum veritate haud nititur, constitutiones tanquam ex errore conditae nullius sunt valoris. Sic quoque venia aetatis praesupponit requisita a Precante in libello suo (§. II.) allegata esse vera. Arride re itaque huic scopo videtur, vbi potestas veniam aetatis concedendi Magistratui delegata est. Huic enim iucumbit, non solum curatores, sed Minorum etiam mores & educationem vigilanti oculo obseruare, unde quam optime scire potest, an impetranti illa venia conferenda aut dene ganda. Imo nisi expressae legi per crebras exceptiones illudatur, Comites Palatinos quoque sine consilio atque consensu Magistratus ordinarii pro libitu veniam recte conce dere posse non credo.

N. Et Comites Palatini & Magistratus, siquidem illa potestate gaudent, semper tamen ad annum decimum sextum aut vigesimum adstricti sunt, iis enim non est,



est leges ferre, sed iam latae obseruare. (§. 10.
& 15.)

§. XVI.

Impetrata autem aetatis venia tollitur tota cura & dominii exercitum, quod durante cura queuit, translatique in Impetrantem seu pro Maiori declaratum. Inde quantumcunque ipsi licitum fuit cum consensu curatoris, tantum etiam post impetratam veniam sine curatore ei licitum est. (*) In iudicio sine curatore stare, res suas administrare & absque spe restitutionis de iis valide contrahere potest. (**)

(*) L. 22. C. de Administr. Tut.

(**) Lit. C. de his, qui Ven, aetar, impetrar,

§. XVII.

Ius vero contrahendi in alienationem immobilium aut obligationem extendi nequit. In hac enim parte omnes omnino Minores, sive petita sit sive non aetatis venia pa-

res

res esse expressis verbis sanctiorunt leges. (*) Qui enim ab alienatione statim incipit suam administrationem nec dum veniam merere videtur, appetat potius illum proposito quodam animo bona sua dissolute dilapidare velle. Nisi potestas alienandi nominatum a Principe sit concessa, aut accedat Magistratus decretum. (**)

(*) L. 2. C. §. 1. de his qui Ven. aetate impetrar.


(**) Arg. L. 2. C. Qu. decret. non est op.

§. XVIII.

Ita se res habet, si Minoris bona in una eademque regione sita sunt. Longe aliud autem est, si diuersa bona possidet in diuersis territoriis. Tunc quidem si ab Imperatore veniam impetraverit, concedo impetrantem per totam Germaniam pro Maiori esse declaratum & sine consensu curatorum valide de suis bonis disponere & pro luctu de illis contrahere posse. Si vero ab imperii Principe venia sit impetrata, hic quidem vi superioritatis territorialis illa potestate gaudet, ita tamen, ut ultra territorium se venia non extendat; (*) tunc enim nescio, an quis cum illis sine spe restitutionis contrahere possit, nisi ab uno-

C 3

quoque



quoque Principe seu Magistratu vbi bona sita sunt pro Maiori declaratus sit.

(*) Dn. de RHEZ, Inst. Iur. Publ. lib. 2, Tit. II. §. 1.

S. XIX.

Quae omnia, in concedenda venia illa, quantum humano consilio effici potest, bene circumspicienda sunt. Nimirum enim priuatorum bonum cumulatis a iure ciuili exemptionibus periclitatur. Quamuis enim saepius veniam precantes in libello suo speciem iustae causae prae se ferant, teste tamen historia saepe post morum celata aut ignorata emersit improbitas. In alia omnia vero eundum est, quod attinet personas Illustres, eorum enim generosa educatio, nobiles etiam supponit mores, ita ut eorum splendidae virtutes suppleant minorenem aetatem. Accedit quod in grauioribus negotiis habeant suos Consiliarios ad id constitutos, qui illis suis consiliis assistere & de eorum euentu respondere debeant.


S. XIX.

§. XX.

Tandem vero cum homines interdum plus sperent de suis rebus, quam reuera in illis est, fieri quamquam ratissime potest, illum forsitan, qui veniam impetravit, intelligere, se minus aptum esse ad negotia sua prudenter expedienda. Poteritne ille a Principe restitutionem petere, contra impietatem ab ipso veniam, ut scilicet Minor iterum declaretur? Denegari quidem haecce restitutio nequit, tunc enim ex propria confessione appareat, nullam iustam veniae causam adfuisse & eius narrata in libello proposita in veritate non fundata fuisse, quam tamen (§. 15.) venia vti omnes dispensationes praesupponit. Attamen vti nulla lex positiva quoad actus praeteritos regulariter effectus producit, sed suam vim tantum futuris tribuit; ita quoque ne qui cum illis, qui veniam impetrarunt, contrahunt, Principali auctoritate circumscripsi videantur (*) restitutio conceditur eo modo, vt tantum quoad actus seu contractus adhuc gerendos nullo modo quoad praeteritos seu post veniam impietatem gestos operetur.

(*) L. I, C, de his qui Ven. aerat. impetrar.

§. XXI.



§. XXI.

Sufficiat igitur, me huius doctrinae primas duxisse lineaes, generalia illius continentess, ita tamen comparatas, ut multa ex iis deduci possint consectaria, illius illustrationi vterius inservientia, a quibus tamen eo magis abstinui quo certius habeo, vbertatem ipsius argumenti dissertacionis academicae limites omnino respuere, vt igitur breuiloqua haec tractatio aequi bonique consulatur, in votis habeo.




ULB Halle
007 368 429

3



vD 78





XVIII. 26
7779
17

DISSE^TAT^O IVRIDICA IN AVGVRALIS
DE
**MODO FINIENDI AE-
TATIS CVRAM, PER IMPE-
TRATAM VENIAM,**

Q V A M
ANNVENTE ILLVSTRI ICTORVM SENATV
IN ALMA AC PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
ERFVRTENSI

P R A E S I D E
FACVLTATIS IVRIDICAE DECANO,
Dn. RVD. CHRIST. HENNE, ICto

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINE
CNSILLARIO REGIMINIS, FACVLTATIS IVRIDICAE ET IVDICII PRO-
VINCIALIS ADSESSORE, CODICIS ET IVRIS FEVALIS PROFESSORE

PUBLICO ORDINARIO

PRO GRADV DOCTORIS IN VTROQVE IVRE
LEGITIME CONSEQVENDO
IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
DIE XXII, APRILIS MDCCCLXXVII.

PUBLICO ERVDITORVM RXAMINI SVMMITET

A V C T O R
ERNESTVS AVGVSTVS ZIEGLER,

ERFURTENSIS,
GAVSARVM TVTELARIVM PRAEFECTVS ET ORDNIS SENATOIR
MEMBRVM

ERFORDIAE, STANNO HENRICI RVDOLPHI NONNII
ACADEMIAE A TYPIS.

(B7)